Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



in regione eadem uigilantes. & custodien
tes uigilias noctis supra gregem suum.
Et ecce angelus dni stetit iuxta illos. &
claritas dei circumfulsit illos. & timue
runt timore magno. Et dixit illis an
gelus. Nolite timere. Ecce enim euan
gelizo uobis gaudium magnum quod
erit omni populo. quia natus est uobis
hodie saluator qui est xpc dns in ciui
tate dauid. Et hoc uobis signum, in
uenietis infantem pannis inuolutum.
& positum in presepio. Et subito facta
est cum angelo multitudo militiae cae
lestis. laudantium dm & dicentium.
Gloria in altissimis deo. & in terra pax
in hominibus bone uoluntatis.